

XII.

An, & quatenus tutores proximis heredi-
bus pupilli quotannis rationes reddere
teneantur

SUMMARI A.

1. Tutor & curator, & an quatenus quotannis rationes administrationis reddere debeant, tam de jure communi quam Saxonico. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.
13. Constitutio nova non extenditur ad casus speciales in jure communi comprehensos.
14. Lex vel constitutio correctoria, quando potest aliquid operari in modo, tunc in reliquis est strictè accipienda.
15. Lex correctoria in iis tantum videtur corrigere, & de quibus dubitabatur.
25. Ratio tutelæ qualiter reddi debeat. n. 26. 27.
28. Si quatuor sunt fratres, duo puberes, duo impuberes, major natu ex puberibus abest, & inde secundo natus administrat tutorio nomine, an fratres impuberes post annos pubertatis fratrem absentem, an verò secundo genitum convenire poterint.
29. Si proximus agnatus defuncti uxorem cum seniore filio passus est administrare, an uxor an verò proximus ille agnatus tutelæ nomine conveniri possit. n. 30 & 31.
32. Si unus ex fratribus est absens, & tutores alios fratres presentes aliquid in bonis communibus attentari patiantur, an tutores, an verò fratres, ab absente conveniri possit. n. 33. 34.
35. Si plures sint tutores, & unus tantum administravit, an ille, qui administravit prius debeat conveniri, & eo non reperto solvendo, reliqui in subsidium teneantur. n. 36. & 37.

Jure civili quidem indubitati juris est, quod tu-
tor rationem administratæ tutelæ reddere non teneatur,
nisi finitâ demùm tutelâ, hoc est, nisi pupillus ad puber-
tatem pervenerit.

I
Nevell.
Electo
Saxon.
August
part. 2.
consti-
text. II.